



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

29. Contemptus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

vnus pauper, alius diues, *lib. 7. disput. 11. num. 24.*

3 Volenti mea bona rapere, licet ad illa tuenda consulere, vt alterius rapiat, nul à nominatâ personâ, dicens, si furari vis, sine me, multi alij sunt, à quibus possis furari, *lib. 7. disput. 11. num. 25.*

4 Vtrum liceat consulere æquale malum ad vitandum æquale? Affirmat Doctor minime videre rationem, qua id concedi possit: fatetur tamen libenter, hunc consulentem excusari à restitutione, si erat omnino æquale, eidemque alterutrum absque eo consilio certissime inferendum, *lib. 7. disp. 11. nu. 26.*

5 Licet nemini tali consilio vti, v. g. consulere sibi minus malum, quia potest, & tenetur vtrumque cauere, nec potest patrare peccatum veniale, vt caueat in se, vel in alio mortale grauissimum, *lib. 7. disp. 11. n. 27.*

6 Habenti votum castitatis, aut reliqua matrimonium impediencia, & ita carnis illecebris agitato, vt se continere nequeat, sed passim succumbat, licite suaderi potest, vt matrimonium ineat, vt sic minus peccet, *l. 7. disp. 11. nu. 29.*

Contemptus.

1 Contemptus constituens culpam mortalem in his, quæ ex solo contemptu culpam lethalem debent habere, est ille, quando aliquis nihili facit, ac si esset vanum, vt in Sacramento Confirmationis, si pro nihilo duceretur, quasi

puerile existimans; & sic in cæteris, *lib. 7. disp. 28. num. 6.*

Contractus.

1 Contractus alij à donatione, vt venditio, permutatio, valent inter coniuges, *lib. 6. disp. 1. num. 11.* Item contractus conditionalis obligat ante conditionis euentum, ita vt resilire non liceat, *lib. 5. disp. 6. n. 8.*

2 Contractus, quo aliqui se obligant cum certa pœna sub conditione pendenti à voluntate Principis, non obligat, nec pœna, *li. 5. disp. 5. num. 9.*

Copula.

1 Copula vi extorta post matrimonium ratum intra bimestre cõsummat illud, potest tamen sponsa vi oppressa ingredi religionẽ, manente vinculo matrimonij, nisi fuerit sequuta proles. Idem dicendum, quãdo fuerit cognita metu graui, *l. 2. disp. 22. à n. 4. vsque ad 12.*

2 Sponsus, inuitâ sponsa copulam extorquens intra bimestre, non potest ingredi religionem. Item dicendum, quando ante matrimonium consummatum tradidit alteri deflorandam. Quod intellige, quando aliàs non potest inuua sufficienter sarciri. Si tamen defacto ingrediatur, dissolutũ manebit vinculu matrimonij, & sponsus cogens intra illud bimestre, peccat mortaliter, licet non affirmet, velle religionem ingredi, nec ingressum præmeditetur, *lib. 2. disputat. 22. numer. 8. 9. c. 5.*

3. Vtrum